



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 31. Polus in Angliam appulsus, ac perhonorifice exceptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI vero mutata regni forma animi quoque  
A.C. 1554. sententiam, fidemque mutabat.

## §. XXXI.

*Polus in Angliam appulsus, ac per-  
honorifice exceptus.*

*Thu. l. c.* Porro Legatus Caletum perveniens  
*Sleid. l. 25.* paratis ad id sex navibus secundo  
*p. 951.* vento in patriam trajecit, ac Donave-  
 ram, qui in Anglia proximus est Fran-  
 ciæ portus, felicissime delatus est, ibi-  
 demque ab Eliensi Episcopo, & Montis  
 acuti Vice-Comite, necnon a magno  
 Nobilium undique confluentium nume-  
 ro excipiebatur, tandem vero Grave-  
 sindæ ad Tamesis ripam, quæ Lon-  
 dino decem circiter leuis distat, ob-  
 vios habebat Dunelmensem Episcopum,  
 & Sarisberiensem Comitem, qui fe-  
 licem redditum illi gratulantes, ipsi Re-  
 gis, ac Reginæ nomine plurimam sa-  
 lutem precabantur, simulque diploma  
 de ejus restitutione exhibebant, adden-  
 tes, quod in comitiis, undecima No-  
 vembris die celebratis, magno omnium  
 consensu lex fuerit abrogata, vi cuius  
 Polus sub Henrici VIII. regimine mor-  
 tis reus declarabatur; cum omnino  
 decentia prohiberet, ut Papæ Legatus  
 adhucdum mortis sententiæ obnoxius  
 in Regno compareret. Intererant huic  
 Sessioni ipsem Rex, ac Régina, præ-  
 cede-

cedebant vero Pembruchius, & West-Sæcul. XVI.  
morlandiæ Comites, qui duos gladios evaginatos gestabant, eosque sequebantur Arundelius, & Schresburiensis Comites duo diademata præferentes. Porro in hisce comitiis Rex, atque Regina sententiam de Polo pristinis honoribus restituendo ratam habebant, nam pronuntiabant Senatores, quod Polus non aliam ob causam fuisse Regno proscriptus, nisi quod Henrici VIII. a Catharina legitima uxore sua divortium nunquam suo consensu approbare voluerit, cum ergo utriusque Curiæ Patres de hujus Cardinalis integritate plene convicti essent, ac aliunde constaret, quod ipse hac in occasione sola Religione ductus Regi obstitisset, de cetero autem plurimis, iisque omnino raris virtutum prærogativis insignis esset, hinc Patres habita meritorum, quibus is clarebat, ratione damnationis sententiam olim in eum latam revocarint.

## §. XXXII.

*Solcmnis Poli ingressus in Londinensem Urbem.*

Polus die vigesima quarta ejusdem Mensis Novembris Londinum per-  
venit, & quamvis ejus ingressus solemni pompa haud celebraretur, ni-

*Burnet hist.**ref. tom. 2.**p. 437.**Thuan.**Sleid. l. c.**Ciacon. t. 3.*

D 3

hilo-p. 632.